



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Onvs Ecclesiae. In hoc libro ... admiranda quædam ac
planè obstupenda, de septem ec-
clesiæ statibus,
abusibus quoq[ue] grauissimis, & futuris eiusdem
calamitatibus ex sanctor[um] pro-
phetijs & ...**

Pürstinger, Berthold

Coloniæ, 1531

VD16 ZV 12498

De criminibus co[m]munis cleri. Cap. 23

urn:nbn:de:hbz:466:1-29969

adum adhuc tempus est, caput eorum, id est, voluntas distorta & superba deponatur ad humilitatem, pellis simplicitatis assumat, caro à voluptatibus refrenet, intestina, id est, cogitationes sanent per pœnitentiã, ne iustitiã ab eis scdm merita eorũ celerem exigã. Ponã eis custodes qui terrã voluptatis eorũ rediget in seruitu- tem, & dabit eis panis in mensura, & prae paucitate munerabunt, quasi diceret: Ci- habit eos pane lachrymarũ, & potum dabo eis in lachrymis in mensura. Et infra: Nisi emẽdauerit, permittã eos modico tpe incedere p viam volũtatis suã: deinde ducã eos per viã similem spinis & punctonibus acutissimis. Quod misericordissi- mus deus auertat à familia sua, & ad miserendũ simplicium fleatetur precibus ma- tris suã gloriosã, sanctorumq; illius ecclesiã patronorum.

XII § Tandem de moribus monialiũ peruersis, nõ audeo, imò pudeo, quã suspicor, dicere, ne meis verbis quẽpiã virginũ deo dicatã: ceterũ reddã sus- pectum, attamen pro cõpletionẽ huius capituli, istũ quoq; gradũ paucis attingere conor. Sunt nanq; nonnulla monialium monasteria, è quibus professas iuxta re- gulã tenorem nunq; exire vel quẽpiã introire decet, adeo propatula vt ipsa loca Veneris prostibulo sint similia q̃ dei sacrario: hinc procacitas, stuprũ, incestus mulierũ sacratã, hinc quoq; verenda scandala & offendicula oriuntur q̃ plurima quã singula recensere iam nolo.

¶ De criminibus communis cleri.

Ca. XXIII.

Q Vales oporteat esse clericos docet Apostolus, dicens: Induite vos sicut electi dei sancti & dilecti, viscera misericordiã, benignitatẽ, humilita- tem, modestiã, patientiã; sup omnia autẽ charitatẽ habete, quod est vin- culum pfectionis, & pax Christi exultet in cordibus vestris, & gra- ti estote, verbũ Christi habitet in vobis abundãter, in omni sapiã, docetes & cõmo- nentes vosmetipsos in psalmis, hymnis, & cãticis spiritualibus. Tales apud Cath. Seneñ, narrant olim fuisse sacerdotes, quos amor sui nõ obfuscauit, sed luminẽ rõ- nis cognouerũt deũ, cui dederũt honorẽ, proximo obsequiũ, execrati vitia, secuti virtutes, de semetipsis iustitiã fecerunt, ideo subditis salutem procurare, & iustitiã administrare valuerũt ceu boni pastores, prã dicãdo, arguẽdo, spinas vitioꝝ euel- lendo, flores virtutũ seminãdo, pauperes charitatiue subleuãdo, exhibebãt se sub- ditos suorũ subditorũ, ac in ecclesia infimos. Proinde prã conis officium suscipit quiquis ad sacerdotiũ accedit, vt ante aduentũ iudicis, qui terribiliter sequit, ipse clamãdo gradiatur, & fortis sit contra ecclesiã tyrãnos, grã spiritus sancti sufful- tus. Porro Vincẽtiũ ait: Clerici debẽt esse turres populi defendẽtes ciuitatẽ, id est ecclesiã, prã dicãdo & sacramenta ministrãdo. Sunt etiã muri, orãdo & bona ex- empla salubremq; doctrinã prãstando, vt in retibus fidei homines deo p̃sentent, quos Christus fecit piscatores hominum.

I § Sacerdotes autẽ hodie nõ piscant hoies, sed honores: vnde in Cat. sequit: Moderni & infelices clerici t̃palibus incubentes, ob eorũ malitiã luce diuina priua- ti, seipsos amat, dei & proximi dilectionẽ negligũt, deteriores sunt secularibus, q̃s vna secũ perdũt: sanguinẽ & lac sugũt ex medulla ecclesiã, vt ipsa palleat: affectum nempe charitatis, qua ecclesiã afficere deberẽt, ad semetipsos retorquẽt. Ab ea em̃ eliciunt beneficia, pensiones, census, & cetera: delitijs & flagitijs dediti, salutem & curã membrorũ ecclesiã, id est, animarũ Christi fidelium negligũt. Ob eiusmodi re- proborũ clericorũ vitã, seculares veniũt ad inobedienciã & irreuerentiã ecclesiã. Quinimo seducunt à cãcis ducibus, q̃ prohi pudor sunt ignari idiotẽ, p̃sumptuosi, hypocrite avari, simoniaci, luxuriosi, inuidi, tardi ad bona opa, proni ad mala, post- t̃palia currẽtes, deberẽt esse lapides tẽpli: sed dicunt dispersi lapides sanctuarij, id est, ecclesiã in capite oim platearũ. Nã sacerdotes, qui cõtra demones ecclesiã de- fendere deberẽt cũ exercitio spiritualiũ, sunt dispersi in plateis huius mudi, igno- rantes spiritualia, sequẽtes carnalia. Vbiã hodie est clericorũ decor continetiẽ in gestu, victu, vestitu, & risu: In cõuiujs, tabernis, ludis, & theatris, vbiq; vagantes de- crebrius reperiunt, q̃ in locis deo dicatis. Quã p̃niciosa autẽ & impertinẽs sit vni- uersali ecclesiã clericorũ scurrilitas, ignorãtia, fornicatio, simonia, aliaq; crimina, quibus modo totus penẽ clerus est infectus, nemo ambigit.

H Hic de-

Esa. 10
Psal. 79
6, Bir. 7

Devi. & ho.
cle. c. mona-
steriã

¶. c. 54. §. 1

¶. c. 26. §. 11

¶. c. 39. §. 3

¶. c. 22. §. 2

¶. c. 19. §. 9

¶. c. 22. §. 11

& ¶. c. 26. §. 9

¶. c. 5. §. 1

¶. c. 19. §. 20

& ¶. c. 25. §. 7

¶. c. 17. §. 47

¶. c. 7

¶. c. 18. §. 14

& ¶. c. 22. §. 3

& ¶. c. 26. §. 3

¶. c. 21. §. 2

& ¶. c. 5. §. 4

¶. c. 19. §. 6

& ¶. c. 5. §. 13

¶. c. 18. §. 9

& ¶. c. 25. §. 1

¶. c. 10. §. 1

¶. ca. 19. §. 9

& ¶. c. 5. §. 14

& ¶. c. 38. in
princ.

¶. c. 5. in prã

¶. c. 49. §. 21

¶. c. 5. §. 7 &
¶. ca. 15. §. 2.
& ¶. c. 27. §. 4
¶. ca. 30. §. 12
¶. c. 19. §. 9

¶. q. 2. diffi-
nimus.

Coloss. 3

Cath. Sen. c
13, & c. 130.

Greg. in pa-
storali. c. 15.
Vincẽtiũ de
fi. mun.

Matth. 4
Cath. Sen. c.
132.

Matth. 15. &
Lucã. 6.
Threno. 4

De vi. & ho.
cle. per totũ
De coha. cl.
& mu. p to.
Ephẽ. 5

DE CRIMINIBVS COMMVNIS CLERI.

II § Hic defectus ex eo potissimū euenit, q̄ principes tum ecclesiastici, tū
 seculares frequēter suscipiūt, & ad beneficia sui iuris patronatus præsentare solēt
 suos vel amicos suosq; necessarios, & eos q̄ nihil sacerdotio dignū, sed animas ad
 venādum crudeles, & ad cōuiuādum cupidos habent. Rursus beneficia ecclesia-
 stica nō syncera electione: sed muneribus, precibus, fauoribus ac psonarum ac-
 ceptionibus frequenter conferūtur: accipere autem personam impij non est bo-
 num, neq; habemus fidem Christi in psonarum acceptione. Episcopi quoq; nō
 attēdūt neq; cōsiderāt abilitatē promouēdorum, sed ipsi amore tēporalium vel
 negligētia spiritaliū tales indignos beneficiatos admittūt absq; omni delectu &
 debita examinatiōe instituūt, in magnā indignationē omnipotētis dei, cui distri-
 ctam ob hoc reddēt rationē, qm̄ cōtra canonū dispositionē huiusmodi ignaros
 indignosq; promouent. Qui magis rustica ministeria, mercantias, piscationes
 aliave seruilia opa & secularia negotia, q̄ ecclesiastica officia, exercere callent. In
 quibus se inuoluūt cōtra apostoli doctrinā inquietis: Nemo militās deo implicat
 se negotijs secularibus. Itē: Exhibeatis corpora vestra hostiā viuētē, deo placē-
 tem, rationale obsequiū vestrū, & nolite cōformari huic seculo.

III § Sed ipsi clerici ignorāt d̄iudicare sacramēta dei, multa in ministran-
 dis sacramētis cōmittūt scandala, maxime in temeraria & indigna ptractione &
 celebratione diuinissimi eucharistiæ sacramenti, laicis in scādalum & sibi ipsis in
 graue iudiciū & cōdemnationē. Hic taxatur indigna sacramēti ptractatio, nō
 crebra missæ celebratio, quæ cedit deo in laudem, ecclesiæ triumphātī in hono-
 rem, militātī in cōmodū, & p̄nitētī in refrigeriū. Quamobrem nō est (vt q̄-
 dam opinātur) sacerdoti obmittendū quotidie celebrare missam: cuius efficacia
 est infinita nullo numero dimētīēda, ceu saluberrima medicina, quæ semper cō-
 ducit, etiam si creberrime, dummodo iuxta medici cōsiliū vtpote digne sumit.
 Proinde canon ait: q̄ per ignorātiā sacerdotū in diuinis sacramentis Christus
 offenditur. Hinc Esaia: Speculatores eius oēs cæci nescierūt vniuersi, canes mu-
 ti nō valētes latrare, vidētes vana, dormiētes & amātes somnia & canes impudē-
 tissimi, nescierunt sarritatē. Hic notat auaritiā cleri. Sequitur in Esaia: Ipsi pasto-
 res ignorauerūt intelligētīā: omēs in viā suā declinauerūt. Item in Hieremia: Sa-
 cerdotes tenētes leges, nescierūt me, & pastores præuicati sunt in me dicit dñs:
 propterea iudicio contendā vobiscum.

III § Animarū itaq; salus negligitur nō solū per ignaros (vt præmittitur)
 qui præesse nesciūt, sed etiam per doctos qui præesse nolunt, & in vinea domini
 nil boni operātur vel orando vel p̄dicando vel sacramēta ministrando, qui dū
 taxat stipendia ex beneficijs quærunt & extorquent, labores pauperum deuorāt,
 populi peccata comedunt, suas oues nō cognoscūt: neq; honorem sanctay: neq;
 ecclesiarum procurant: valorem autem prouētuum subtiliter ponderant: sua be-
 neficia alienis præbyteris aliquoties idiotis, in sola re domestica circa curam ve-
 ro animarum nil aut parum peritis, tanq̄ mercenarijs locant: & qui eorum ma-
 iorem pensionis censum offert, altez supplantat. Talia & similia beneficiati non
 solū cōtra institutionē ecclesiæ faciūt, sed etiā cōtra salutē animay, q̄ dū regimi-
 na ecclesiarum sub annuo cēsu & venali mercede committūtur, ad æternæ retri-
 butionis præmium consideratio nō habetur.

V § Plura prætere beneficiā, etiā quæ ipsi incompatibilia vocitāt, puerse
 simul occupāt. Ecce quod ius vel natura simul cōsistere nō patitur, quia est incō-
 patibile, malitiā cleri conglutinat. Quinetiam nonnulli gloriantur plures obti-
 nuisse præbendas, quibus censum accumulare & suam pompam ostentare vale-
 ant. Quam vitiosa sit, & diuinæ iustitiæ cōtraria beneficiorū pluralitas, lege Tho-
 mam de Aquino in suis quodlibetis: Præcipit quidam canon quod nullus præf-
 byter duas habeat ecclesias, ne dum plures. Satis enim incongruum est, cū vnum
 beneficium ex pluribus pro sui magnitudine diligenter quis explere nequeat, q̄
 ad vtrūq; videatur idoneus: siquidē nemo duobus dñis seruire potest. Vnusq; q̄
 igitur, secūdam apostolicam vocem, in quo vocatus est, in hoc manere, & in vna
 ecclesia locari decet. Gerson quoque exclamando quærīt: vbi est, quod clerici in
 duabus

Tho. q̄dli. 4
 ar. 15. & q̄dli
 5. arti. 23. &
 q̄dli. 6. ar. 6.
 Prouer. 13
 Iaco. 2. i pr.

Di. 36. & 37.
 & di. 38. p to
 2. Timo. 2.
 Roma. 12

1. Corint. 11
 Dist. 38. q̄n.

Esaia. 56
 Hier. 2.
 j. ca. 39. §. 4.

Iohan. 10

Ne p̄la. vi-
 ces su. c. qm̄.

q̄dli. 8. ar. 15.
 q̄dli. 9. ar. 15.
 q̄dli. 8. ar. 15.
 q̄dli. 9. ar. 15.
 16. q. 7. p lai.
 16. q. 1. p̄l f̄os

Matt. 6
 21. q. 1. c. 1

§. c. 22. §. 7
 & j. c. 26. §.
 13.
 §. c. 22. §. 8.
 & j. c. 26. §. 8
 §. c. 21. §. 3

§. c. 21. §. 4.
 in fi. & j. c. 20.
 §. 4. & j. ca.
 38. §. 4
 §. c. 20. §. 8.
 & j. c. 38. §. 9
 j. c. 17. §. 19
 & j. c. 10. §. 6.
 j. c. 10. §. 8. in
 fi.

§. c. 18. §. 5.
 j. c. 10. §. 11. &
 §. c. 21. §. 5.
 & j. c. 43. §.
 10.
 §. c. 21. §. 8.
 & j. c. 10. §. 9.
 §. c. 10. §. 3. &
 j. c. 32. §. 18.
 §. c. 10. §. 1. &
 j. c. 10. §. 11
 §. c. 10. §. 2 &
 §. c. 21. §. 4.

§. c. 20. §. 3.
 §. c. 19. §. 19.

j. ca. 38. §. 9.
 §. c. 22. §. 10

duabus ciuitatibus vel diocessibus præbendas non habent: Quid, q̄ vnus inter-
dū indoctus tenet multa & magna beneficia, quibus octo viri, doctrinis & virtu-
tibus satis imbuti digne sustentarentur, vnus censum pluriū beneficiorū solus vo-
rat, cuius locum tenentes pro sui educatione nouū quæstū symoniace inuestigāt
pro absolutione sacramentali, ac pro quibusdam alijs spūalibus actibus, nullo iu-
stitiæ prætextu emolumenta tēporalia exigunt. Pecuniā (quā remediū nuncu-
pant) e cadaueribus mortuorū exenterant, ac tollunt pelles & carnē eorū desuper
ossibus eorū. Superflui reuera ordinantur sacerdotes, & tamē deficere vident, qua-
si propter clericorū penuriam, seu ecclesiæ multitudinem, seu propter inopiam
hominum vnus plura beneficia expedire cogatur.

VI § Ob clericorū ergo cupiditatem, in plebe Christiana animarū cura
misere perit. Non enim debent, se ipsi absentibus aut negligentibus, pat̄, vt
lupi rapaces rapiant oues, dummodo ab eis temporanea commoda percipere ha-
bent. In eis quippe euangelica verificatur sententia: Malus pastor videt lupū ve-
nientem & dimittit oues & fugit, quia mercenarius, & ad eum nō spectat de oui-
bus. Quarum curam illi auidi curatores non exercent, sed potius in eis scandali-
zant. Heus q̄ perperam clerici hodie rapiunt: Christum & eius patrimoniū. Vn-
de quidam ait: Vbi aliquid de sacerdotum marsupio defraudatum, vel de eorum
cēsu diminutum fuerit, vndiq; clamatur opprimi ecclesiam, vbi autem improba
sacerdotū vita multa animarū millia ad exitiū pertrahuntur, ibi nemo deplorat
vicem ecclesiæ, quæ tamen vere iam affligitur.

VII § Diuinum deniq; officium negligenter exequi solent clerici ac nimis
breuiter. Consonū certe nomen inditum est, vt à breui orandi more, diuini offi-
cij codices Breuiaria nuncupentur. Concitato em̄ & prærupto oris motu clerici
orantes feruntur cū confusa labiorum festinatione & titubatione, ac magis mur-
murare q̄ orare videntur, vt nec ipsi quid orent intelligant, nec astantes audiāt,
ac perinde eos deus non exaudiat. Porro licet debita clericorū orationes à canen-
do dicantur hæc canonica, raro tñ cantu vel hora cōstituta persoluunt. Quinimō
absq; omni attentione & æstuatione, sed cū festinatione (v̄ dixi) proferuntur, hoc
modo orantes clericos Vbertinus æquiparat locustis, quorū alax̄ vox erat sicut
vox currū equorū multorū currentiū in bellū, ita sonitus clericorū, diuinas horas
persoluentiū, est sicut vox currū equorū, quia adeo tumultuose & confuse easdē
horas percurstant ac si finem horarū conaretur expugnare, qm̄ potius videtur ru-
mor currū perturbantiū, q̄ cantus vel deuota prolatio. Ad prouocādū em̄ cœle-
stes dulciores talibus orationibus anima non dulcoratur.

VIII § Cæterum sacerdotes frequenter fornicationibus coinquinantur,
maxime curati fordesunt in concubinato adeo manifesto quod nulla tergiversa-
tione celari possit. Et quamuis ipsi concubinarij sint ab officio suspensi, tamen à
celebratione missarum alijsve actibus ecclesiasticis nequaquam abstinent, quin
diuinis se continuo immisceant, ob hoc irregularitatem incurrentes. Vendunt
itaq; luxuriosi clerici, & adulterant verbum veritatis amore pecuniæ, & deside-
rio temporalium, qui se carnis concupiscentijs manciparunt, ideo ob lasciuia im-
munditiam aliquando celeriter ruituri. Verum etiam subtrahunt sacerdotes au-
rum & argentum ecclesiæ, & erogant illud in semetipsis, dant ex ipso prostitutis,
& meretrices ornant. De illis in Birgitta reuelatur istud præconium: Sacerdotes
qui non viuunt in castitate & continentia carnis, sunt maledicti & excōmunica-
ti apud deum, & digni carere sacerdotali officio, concubinarij quoq; celebrantes
æquiparant Sodomitis. Et si eorū missa est efficax (quia presbyter, quantūuis pol-
lutus, diuina officia polluere nequit) tamen osculū pacis, quod presbyter fornica-
rius præbet, est sicut osculū Iudæ Christū tradentis. Atqui manus pollutæ imme-
rito dei sacra tangūt, neq; filius Veneris digne tractat filiū virginis.

IX § Ambitio præterea & simonia contra canonum decreta in clero iam
vbiq; regnat, vt hodie verificetur illud propheta. A minore vsque ad maio-
rem omnes, s. clerici avaritiæ student, & à propheta vsq; ad sacerdotem cūcti fa-
ciunt dolū. Qui dicunt, aquam nostram, id est gratiā siue donum spiritus sancti
H. z pecunia

De statibus
ecclesiasticis

Th. 22. q. 10
ar. 2. 3. 4.

De septuris
extra. 1. §. 1.

Di. 55. priscis
21. q. 1. c. 1. i. fi

Rodori. vbi
§. c. 20

Ioh. 10

Erasmus in
Sileno

Rodo. ibi §
c. 19. quasi in
med.

Vbertinus
Apo. 9

Prouerb. 27
post prin.

Rod. vbi §
c. 19. p. prin.

Dere. iudi.
c. 1. li. 6

J. eo. §. 9
2. q. 7. sicuti.

Ca. Se. c. 121.

Baruch. 6
7. Bir. 10

7. Bir. 17

De coh. cle.
z. mu. c. v̄a

1. q. 1. p. tot.
De sim. p. 10

Hiere. 6.

Thren. 5

Rodo. & §
c. 12
J. ca. 25. §. 11.
Michę. 2

§. ca. 21. §. 4

§. eo. §. 3
§. c. 20. §. 6

& J. c. 53. §. 16

J. ca. 43. §. 12

§. c. 21. §. 11.
& J. eo. §. 12

J. ca. 38. infi.
§. c. 22. §. 9.

§. c. 22. §. 5.
& §. c. 18. §. 7

& J. c. 25. §. 13

§. ca. 21. §. 6

& J. c. 23. §. 14

Dis. 32. præter
De coh. cle.

z. mu. c. v̄a
& c. fi.

§. ca. 21. §. 8

§. ca. 10. §. 4

& J. eo. §. 13.
§. c. 22. §. 6

§. eo. §. 3. &
J. eo. §. 13. i. fi

§. eo. §. 3. &
J. eo. §. 11. 16

DE CRIMINIBVS COMMVNIS CLERI.

pecunia bibimus, hoc est simoniacę ministramus sacramenta dei: deo subiungitur: Lingua nostrā pretio comparauimus. Quam acriter sub seueris pœnis deus strictissimus iudex statuit, ne sui ministri vendant spiritus sancti gratiam, sed eos absq; simoniaco commissio sustentari iubet ab eis quibus spiritalia porrigūt: reperiens in scriptis Catha. Seneñ. At vero quisnam clericus præsertim beneficiatus vel in exili beneficio vel in potēti dignitate cōstitutus, cōtra ius diuinum & humanū, non est percussus lepra simoniacę? Ob quam pleriq; ipso facto incurrūt excommunicationem vel suspensionem aliasve censuras, quorum absolutiones, iuxta canonū decreta, summis pōtificibus reseruātur, à quibus tamen illi simoniaci absolui minime curant: Imò omni absolutione neglecta, se diuinis immiscent & per consequens irregularitatem incurrūt. Præterea beneficia & dignitates, quibus propter simoniacam labem ipso facto sunt perpetim indigni atq; priuati, contra deum iusq; scriptum occupant: Inde offensio dei, lesio animarum, ecclesię enorme scandalum consurgit. Super quo obstupescūt cœli, & portę eius desolant vehementer. Patet nāq; simoniacos, veluti primos & præcipuos hæreticos, ab omnibus fidelibus esse respiciendos, quoniam cætera crimina ad comparationē simoniacę hæresis, quasi pro nihilo reputantur: simoniaca enim pestis sui magnitudi-
ne alios morbos vincit: Et tamen ad maioris damnationis cumulū illā simoniacę prauitatē ex inueteratę cōsuetudinis iure, quidā malitiose defendere nitūtur, qui cum Giezi & Simone cōdemnabūtur.

X § Aduersus eosdem simoniacos deus in propheta inquit: O sacerdotes qui despicitis nomen meum, offertis super altare meum panem pollutum: quis in vobis qui claudat ostia & incendat altare meum gratuito? non est mihi voluntas in vobis & munus non suscipiam de manu vestra: vnde secundum Gregoriū per nullum hominum genus deus amplius offenditur, quàm per malos sacerdotes, quales sunt simoniaci. Quos Christus futuros esse præsciens præcepit dicēs: Gratis accepistis, gratis date: ne scilicet spiritalia in vsum negotiationis inflecteremus. Sed nos trates clerici, ad auaritię obsequiū declinantes, nihil gratis facere contendunt, sed operum suorum retributionem temporale querunt. Et licet huiusmodi eorum facinora sint in præsentī seculo occulta ac etiam impunita, in ira tamen dei aliquando vindicabūtur vti prædixit Hildegardis, deplangens sacramenti tractationem à simoniacis fieri ac futuram ob id crimen plagā, dicens, quod deus pater vltra non patietur eandem irreuerētiā suo vnigenito exhiberi in sacramēto mystico.

XI § Birgitta deniq; multa de puerfo clero reuelauit, è quibus aliqua subinfero: Clerus deberet esse pastor & scrutator ouium qui iam eorum disperfor & lacerator est: Imo occisor per mala exempla, vendit sacramenta pro turpilucro sicut Iudas Christum. Cleri malitia & transgressio omni gladio est amarior. Et infra: Maledicti sacerdotes dicunt deo: Discede à nobis quia verba tua sunt amara, & opera tua grauia, & scandalū nobis faciūt. Et Christus ait: Ego sto ante eos quasi ouis mitissima; de qua sumunt lanā ad vestiendū & lac ad reficiendū, & adhuc pro tanta dilectione abominantur me. Et infra: Clericus qui ore & opere debet clamare voluntatē dei, factus est leprosus, & mutus: quia omnis, qui querit in clerico videre pulchritudinē morū & virtutū, recurrit retro, turbatur visu & abhorret accedere ad eum propter leprā superbicę & cupiditatis suę. Si vero querit eū audire, mutus factus est clericus à laude dei & garrulus ad laudem propriam. Rursus beata Maria in pluribus locis cōquerit de sacerdotibus, q; supbiunt de bonis, & possessionibus tēporalibus animarū: tēpla eorū depicta sunt vanitate & curiositate mūdī. Quam pernitiōsa sit clericis superbia, habetur in dialogo Catha. Seneñ. Simonia præterea regnat in capite, archa testamenti sublata. i. capta

XII § Porro scriptura sacra ait: Lucerna impiorū extinguetur. Sic fatuarum virginum lampades sunt extinctę. Lucerna quidē deberet respicere ad mensam panum propositionis. Sed mensa domini despecta & cōtaminata est, & qd superponitur, contemptibile est vna cum igne qui illud deuorat. Sequitur in Birgitta:

Cath. Seneñ. c. 114. & c. 127.
De sim. c. cū detestabile i extrau. l. q. f. gfa cū se. l. q. 1. si quis epus.
Th. 22. q. 10 ar. 6.
Hiere. 2. l. q. vlt. vlt. de sim. scut. 4. Reg. 5 Acto. 8 Malac. 1

Greg. imo. Matt. 10

Hildegardis

1. Birgit. 41.

1. Birgit. 49.

2. Bir. 20 §. eo. §. 3.

3. Birgit. 29.

Ca. Se. c. 128

§. eo. §. 9.

1. Reg. 4.

Prouer. 13

Matt. 25

Num. 8

Malac. 1

§. c. 19. §. 8. & j. eo. §. 11. j. eo. §. 15.

§. c. 11. §. 5

§. eo. §. 3

j. c. 31. §. 2

§. ca. 19. §. 13

& j. c. 46. §. 12.

§. c. 14. §. 13.

§. eo. §. 3

§. eo. §. 9

§. c. 15. §. 33.

& j. c. 27. §. 9

§. eod. §. 4.

& j. eo. §. 12

& §. 15

j. c. 36. §. 10

j. ca. 28. §. 4.

in fi. & §. c.

21. §. 9

§. c. 7. in pr.

§. c. 18. j. pr.

§. c. 22. §. 5.

& j. c. 24 §. 4

gittat

gitta: Pro sacramento confessionis confessor recipit munus. Interdum in casibus cum pœnitentiario de summa pecuniæ pro modo culpæ fit pactio, quare timendum est, fidē perituram. Et infra: In clero superbia diligitur, pro humilitate, impunitas exercetur pro mūditiā, dei lectio non attenditur, sed liber mundi, negligentia apparet in altaribus, sapientia dei reputatur fatuitas, salus animarū non curatur, vestes dei proiciunt & contemnunt arma dei. Et infra: Clerici à via recesserunt, non diligūt continentiam, paupertatē, nec deuotionem. Quid autem sunt clerici, nisi pauperes & eleemosynarij dei, vt viuentes de oblatione dei, sint humiles. Nam ecclesia primū surrexit à tribulatione & paupertate, vt sicut clerus hæreditas omnipotentis dei dicitur, ita deus esset hæreditas clericorū, qui non in mundo, nec in carne, sed in deo gloriarent. Post Syluestrū, ecclesiæ sunt bona temporalia data, non ad voluptatē, sed ad necessitatē clericorū, & ad pauperū sustentationem, quo clerici ad prædicandū essent expeditiores.

XIII § Iterum ad Birgittam Christus ait: Sacerdotes non loquuntur mirabilia mea, nec docent doctrinam meam, sed mundi amorem & voluptatem suam prædicant, perdidit clauem, qua miseris debent aperire cœlum, illam autem, qua aperitur infernus, diligunt & reconditam habent. Hinc apparet quilibet sacerdotem habere clauem aperiendi meritum sanguinis Christi, vt potest in sacramentis baptismi, pœnitentiæ & reliquis. Nam ad omnes discipulos dominus respōdit. Quæcunq; alligaueritis super terram, &c. Quod etiam Catharinæ Senen. manifeste reuelauit, aiens: Sacerdotes habent clauem huius sanguinis, & licet pœna Christi sit finita ratione humanitatis, tamē eiusdem pœnæ fructus est infinitus ratione deitatis. Sequitur in Birgitta: Qui cum quatuor vulneribus eos accedit, ab eis cum quinque recedit, quando viso prauo sacerdotum exemplo peccator fiduciam peccandi sumit, & incipit de peccato, quod prius putabat erubescibile, gloriari, ideo ipsis erit præ alijs amplior maledictio, quia se vita sua perdunt, & alios exemplo suo lædunt. Deteriores sunt Iuda, qui pro solis denarijs me vendidit, illi autem omni mercimonio, qui me sanctificare deberent, ad me non accedunt, nisi sperent sibi fructum, in prælo me prement, quia inter suam luxuriam & cupiditatem me ponunt, poscunt nempe mulieres maledictas, vt voluptatem suam perficiant, & me repellant, ipsi quasi fures & proditores produnt me, & quasi meretrices me contingunt.

XIII § Rursus in Birgitta sacerdotes me negligunt, & diligunt alium deum, scilicet vitulum aureum per affectum mundi, qui est dulcis per voluptatem & ardet in eis per affectionem mundi, sunt feri quasi lupi rapaces, sunt infabiles quasi lapis in muro infirmo, sunt in tenebris quasi fures, sunt timidi milites ad pugnam dum pro honore dei, stant quasi asinus qui inclinat caput ad terram, sunt impudici quasi meretrices, sunt pice maculati, quia ad se accedentes commaculant, & adeo abominabiles sunt, vt omnis exercitus cœli eos abominetur, sunt enim turpes in conspectu dei, isti maledicti sacerdotes ad me simulatorie accedunt quasi proditores, quia aliud faciunt, aliud ostendunt, claudunt cœlum, & aperiunt infernum, corpus meum amarior crucifigunt quæ Iudæi, ideo sicut proditores, non sicut sacerdotes, iudicabuntur. Et infra: Sacerdotes præ omnibus angelis & hominibus elegi, ipsi autem præ omnibus Iudæis, & gentilibus, ac præ omnibus demonibus me magis prouocāt. Et infra: Maledicti sacerdotes debent esse membrum meum, & ita excellentes præ alijs sicut digitus in manu, sed ipsi deteriores sunt diabolo, ideo præ omnibus diabolis profundius submergentur in infernū. Tres amicos magis quæ me diligunt, scilicet mundū, corpus, & diabolus, ideo vix eis quæ vnquā sacerdotes & membra mea facti sunt. Vix talibus quæ vnquā nati fuerunt. Ipsi enim profundius cadent in infernum quæ aliquis alius. Et alibi iterum Christus: Toti clero sum onerosus quasi lapis, sapio eis quasi venenum, ingluuiei eorum sum quasi mica. Ecce quid mihi pro mea charitate & passione rependitur, ideo clerus à Christo grauiter maledicitur, vt inferius habet.

XV § Consideremus nunc argutiones quibus ad Catha Sen. deus clerū reprehendit de ingratitude, lasciuia, & ignorantia damnabili, inquiens: Mini-

4. Bir. 33.
Ro. c. 20. p.
med.

4. Bir. 59

4. Bir. 76

10. q. 1. q. c. 1.
& 12. q. 2. v. 1.
q. ad fi. & 16
q. 1. c. 1. c. 1.
tū, & c. cum
hic

Th. 1. 4. di. 18

q. 1. p. 10. Pa

lud. & Dur

cinus ibidē.

Mar. 18

Ca. Se. c. 75

Tho. 3. p. 9.

44. & 49. p

10.

Mat. 27.

Marc. 14

Lucæ. 22

4. Bir. 133

3. Reg. 12

4. Bir. 134

§. c. 21. §. 7.

4. Bir. 135

DE TYRANNIDE REGVM.

Cath. Sen. c. 14. & 115. 114 & 121. 122. 125 & 126. 127. & 132. Nu. 3. in pr.

stri ecclesie eius vbera, suoq; dulcissimo lacte nutriuntur, vtpote viuunt de rebus ecclesie, viceversa ad vbera & lac ecclesie tenere, ac ex eis alere deberet membra ecclesie, quod minime faciunt: Et infra: Percipe corde amaritudinem, & dolores super miseras meorum ministrorum, si debite attenderet dignitatem suam, non iacerent in tenebris peccatorum, inquinantes facies suarum animarum, qui sunt vncti Christi mei, angeli terrestres in corpore ecclesie, sed inuoluunt se luto fetidis immuditiæ, ex culpa sibimetipsis crudeles pariter & proximis per mala exempla. Et infra: Quocunq; te verteris, videbis omnes clericos seculares & religiosos, prælatos & subditos, paruos & magnos, iuuenes & senes culpa infectos, diuitias, deliciasq; sequentes, pauperum alimoniam, & animarum curam negligentes, temporalibus incumbetes, gratiam spiritus sancti simoniace vendetes, ecclesiasticis rebus abutentes. Væ ipsorum vitæ miserabili & infelici, quod Christus sua pena crucis acquisiuit, hoc cum meretricibus expendunt, animas sanguine Christi redemptas corrumpunt, patrimonio Christi spurios alunt. Et infra: Ministri mei nunc pro pectoris sui fibula gestant iniustitiam, qua eis coniungitur amor sui, in quo fundatur iniquitates eorum sequentium inordinatas concupiscentias, quibus pene omnes clerici vacant. Postea ad clerum: O diabolicum tabernaculum elegi vos veluti angelos terrestres, vos autem estis incarnati demones quorum opera facitis. O miserum animal immundum, carnem tuam oleo sancto unctam, & mihi consecratam meretricibus exhibes, imò deterius inquinans, tu oues in Christi sanguine lotas, rursus fecundas fimo luxurie tuæ, &c. Sed quia animal brutum es, ideo in bestialibus actibus delectaris vsq; adeo excæcatus, vt non consideres æterna supplicia tibi esse parata. Hæc ex Catharina Senesi.

De li. off. cō 1. in fi.

4. Efd. 3. Di. 95. diaco ni. Ezech. 7. C. de ep. & cle. l. si queq;

Hiere. 23

Lucæ. 11

XV § Esdras insuper in statera pōderat cleri iniquitates & eorum qui habitant in seculo, & quasi affirmādo interrogat, nūquid meliora facit Babylon q̄ Sion? Nā sicut olim in Romano imperio, sic hodie in ecclesia creuit auaritia, ideo perit lex de sacerdote, & visio de propheta. Lex equidē ciuilibis inqt: Quis locus tutus, & quæ causa poterit esse excusata, si venerāda dei templa pecunijs expugnentur, quem murū integritatis, aut vallum fidei prouidebimus, si auri sacra fames penetrabilia venerāda proferpiter deniq; quid cautū esse poterit: aut secus, si sanctitas incorrupta corrūpitur, cesset altaribus imminere prophanis ardor auaritiæ, & à sacris aditis repellatur piaculare flagitiū. Væ ergo pastribus, q̄ dispergunt & dilacerant gregē pascuæ meæ dicit dñs, ideo visitabo sup vos malitiā studiose vestros. Itidem saluator minit dicit: Væ vobis pharisæis, qui decimatis metā & rutam, & omne olus, & præteritis iudicium & charitatē dei: & vobis legisperitis væ, quia onerati homines oneribus quæ portare nō possunt, & ipsi vno digito vestro nō tāgitis sarcinas, væ vobis legisperitis, q̄ tulistis clauē sciētiæ, ipsi nō introistis, & eos q̄ introibāt prohibuistis. Caueatis igit̄ d̄ clerici, ne vos ipsos ope peruerso, aliofve malo exēplo seducatis.

De tyrannide regum. Cap. XXIII.

2. q. 1. audacter. 3. Reg. 10 2. Para. 9 Prou. 20. 25 & c. 29. 2. Mach. 15. De hoc Ro. spe. hu. vi. li 1. c. 1. Prouer. 8 Psal. 2 1. Paral. 28

Nimis infelix est status ecclesie, nō solum propter cleri malitiā, de qua supra in proximis quinque capitulis, sed etiā propter laicorum iniquitatē. In primis regū aliorūq; maiorū principum; q̄ ecclesie & populo pro dei arbitrio danī. Deus em̄ diligens ecclesiam, & eam in æternū seruare volens, cōstituit reges ecclesie defensores, vt facerēt iudiciū & iustitiā: misericordia autē & veritas custodit reges, qui si impios dissipāt, & in virtute pauperes iudicant, thronus eorum in æternū firmabit. Nā gladiū nō sine causa portāt, quia dei ministri sunt atq; vindices in irā ei q̄ male agit.

I § Regalis nempe potestas, præsertim Christiani imperij, à solo deo est, q̄niam Hieremias extendit dextram, & dedit Iudæ gladium aureum dicens: Accipe sanctum gladium munus à deo, in quo deiciēs aduersarios populi mei Israel. Hinc dei sapientia inquit: Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Quod fatetur Dauid: Ego autē cōstitutus sum rex ab eo. Item elegit me dñs vt essem rex sup Israel in sempiternū, & dedit filios mihi multos, ex quibus elegit Solomonem, vt sederet in throno regni. Quinetiam regum tyrānizantiū potestas à